AUGUSTINUS
12. Jh.
Seite 68r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26123
Copyright: Admont, Benediktinerstift

duos discipulos · dicens eis: Ite in castellum quod ē contra uos ·
& statim inueniet is asinam alligatā · & pullum cum ea · &
cetera · usq; ad eum locum ubi aut benedicit qui uenit in nomine
dni · osanna in excelsis. Hoc etiā marc narrat · eodē ordine eis
dicto · Lucas autē in iericho immorat · quecā cōmemorans quę
isti pretermiserunt de Zacheo principe publicanorū · & quę ī para
bolis dicta · p hec & ipse occurrit eis adhuc pulli cōmemorationē
in quo sedit ihc. Hec mouet quod matheus & asinā dicit &
pullum · ceteri autē de asina tacent · immo etiā recordanda ē
illa regula quā de quinquagenis & centenis discumbentib;
cū · v · panib; turbę pascerentur · supra insinuauim · qu a insi
nuata · non deberet iam pmouere lectorē · nec si matheus ita de
pullo tacuisset · quemadmodum illi de asina tacuerunt · cū
maxime contrarium putaretur · quod unus asinā dix · alu
pullū asinę · quanto minus moueri oportet · quia un ita cō
memorauit asinam de qua ceteri tacuer · ut tam pullū non
taceret de quo illi dixerunt · Vbi g utrumq; factum potest
intelligi · nulla repugnantia est · nec si alius aliud · & aliud
alius commemoraret · quanto minus ut alius unū · & alius
utrumq; · Iohes quoq; cum taceat quemadmodum dns disci
pulos suos ad hec animalia sibi adducenda miserit intponit
tamen breuiter hoc de pullo cū testimonio etiam pphe quod
matheus adhibet · in quo etiam testimonio pphico aliquan
tum diuersa euangelistarū locutio ab eadē quidē sententia
non recedit · si potest mouere quod matheus sic adhibet · ut
asinam dicat cōmemorasse ppham. Ho autē ita se habet ·
uel quod iohannes interponit · uel eo duces ecclesiastici inter
pretationis usitate · Cuius rei causa illum mihi uidetur · quod
matheus hebraica lingua phibetur euangliū scripsisse;